



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Exhortationes|| Ad|| Religiosos**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

1. De indifferentia locorum. Thema. Euntes in mundum universum. Marci 16.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51834](#)



REGULA TERTIA  
DE INDIFFERENTIA LOCORUM.

EXHORTATIO I.  
IN REGULAM TERTIAM SUMMARII.

T H E M A.

*Euntes in mundum universum. Marci 16.*

V E L.

*Nostra vocationis est diversa loca peragrare. Reg. 3.*



Ue m a d m o d u m  
viris Propheticis, A-  
postolicisque pro-  
prium est, non latere  
in domus angulo, aut  
abscundere sub modio;  
sed imponi candelae-  
bro, & lucere omnibus, qui in Eccle-  
sie domo sunt, atque instat solis cir-  
cumire, & veritatis fidei, ac perse-  
cutionis radios quaquaversum d'fundere:  
ita quoque Societati nostrae in-  
natum est, diversa loca peragrare, vi-  
tamque in quavis mundi plaga agere;  
ubi majus Dei obsequium, & anima-  
rum auxilium speratur. Alpicte Moy-  
sen, Eliam, Isaiam, Jeremiam, Eze-  
chielem, Danielem, ceterisque Pro-  
phetas, quid fuere, nisi mundi soles,

ubivis tenebras dissipantes, Deique  
oracula ac mandata Regibus ac popu-  
lis annuntiantes? *Ad omnia, que mit-  
tam te, ibis: ait Dominus Jeremiæ c. 1.  
7.* Pari ratione intuemini Apostoloros,  
Petrum, Paulum aliisque, quid erant  
misi mundi luminaria fulgentissima,  
infidelitatis & malitia caliginem è  
mortaliu[m] cordibus ejicientes, *Vos,*  
inquit Christus, *estis lux mundi* Matth.  
5.14. Lux non unius pagi, oppidi aut  
regni: sed mundi universi: *Euntes in  
mundum universum, predicate Evan-  
gelium omni creature.* Marci 16. Ita  
quoque homines Societatis JESU,  
tanquam Apostolorum imitatores,  
non occultantur sub n[on] odio; sed supra  
candelabrum collocantur, ut luceant  
omnibus qui in domo sunt, indifferen-

tes ad omnem locum, populum, mis-  
tionem, ut luceant omnibus & doctri-  
na Christiana radiis perstringant uni-  
versos. Quod si quis hoc refugeret, aut  
abhorret, meritò tanquam à spiritu  
Apostolico & Ignatiano alienus,  
erubesceret: Pudeat, ait S. Bernardus  
serm. 66. in Cant. Successores Apo-  
lorum lucem non esse mundi, sed modis.

Geminis igitur adducemus ratio-  
nes, hanc nobis indifferentiam ad  
quavis loca persuasuras. 1ma est, nos  
esse de Societate. 2. de Societate  
JESU.

I.  
Ratio in  
differen-  
tia ad lo-  
ca est so-  
cetas?

I. Ratio prima, quæ hanc ad quavis  
loca indifferentiam ac promptitudi-  
nem persuadere, nōsque ad eam am-  
pliendam potest permoveare, defu-  
mitur ex etymo Societatis: Quid enim  
obsecro, est Societas, nisi cohors, sive  
turma militaris, sub Christi Domini  
ac Ducis sui labore militans; Constat  
autem in militibus, requiri ad quavis  
loca indifferentiam, sive intra regnum,  
sive extra, Dux, eorum operā, contra  
hostem, indigerit. Imperatores Fer-  
dinandi suos habuērunt Duces cum exer-  
citibus, Tampierios, Bucquoyos, Ti-  
lios, Papenheimios, semper in pro-  
tincta stante, paratōsque ad occur-  
rendum hosti, sive in Bohemiam, sive  
in Hungariam, sive in Germaniam de-  
finarentur. Similiter modernus Im-  
perator noster Leopoldus varios Du-  
ces strenuos militia sua præfecit, Lo-  
tharingum, Badensem, Eugenum,  
aliisque, qui jam in Hungariam, jam  
in Transylvaniam, jam ad Danubium,  
jam ad Tibiscum, jam ad Rhenum, jam  
ad Padum prompti alacresque hosti-

obviabant. Atque hæc est proprietas  
& virtus militaris; cum in finem mil-  
les conscribitur, armatur, & meret si-  
pendia; militisque nomine & salario  
foret indignus, si vellet intra unius op-  
pidi moenia deliteficeret, & ubi vis lo-  
corum cum hoste manus confondere de-  
rectaret.

Pari ratione, Societas nostra mili-  
tia est, seu Exercitus, pro Dei gloria  
& animarum salute, contra hostes  
Tartareos bellaturus. Cui jure aptari  
poteris in sensu partiali, quod Spon-  
sus celestis de Sponsa, id est, Ecclesia,  
in sensu totali & adäquato pronun-  
tiat, Cant. 6.9. Castrorum acies ordina-  
ta. Et Cantic. 1.9. Equitatus meo in  
curribus Pharaonis, assimilavisti, amica  
mea: ad bellum te voco ac per te, ho-  
stes meos subjugare destino, anima-  
que in capiuitatem ab iis redactas, li-  
bertati restituere, etnique in finem te  
maria & terras celeriter permeare de-  
fidero. Hoc militia nomen & omen  
mox à Societatis primordio deni pri-  
mi Patres in formula Societatis Pa-  
ulo III. Summo Pontifici oblatæ, atque  
ab eo anno 1540. confirmata, professi  
sunt, dum hisce verbis eam aufican-  
tur: *Quicunque in Societate nostra,*  
*quam à E. S. u nomine insigniū tuimus,*  
*vnde, sub cruce vexilo Deo militare.*  
Deinde subjungunt: *Sciens omnes so-*  
*cii, & non solum in primis professionis*  
*sua foribus; sed quoad vixerint quotidie*  
*animo volvanti, Societatem hanc univer-*  
*sam, & singulos, sub sanctissimi Domini*  
*nostri Papa & successorum ejus fidelis*  
*obedientiam militare.* Denique additur,  
voto eos obstringi, ad eundum quo-  
cuque

cunque missi fuerint, sive ad Turcas, sive ad infideles, sive ad hereticos, sive ad schismaticos, sive etiam ad quovis fideles, immo etiam ad Indos. Jubenturque die nocteque succincti lumbos stare, ac ad tam grandis debiti solutionem patratus se ostendere.

Constat igitur nos sacra militia albo inscriptos esse, adeoque oportere ex mente primipilorum Patrum nostrorum in procinctu stare; vel ut loqui S. Fundator noster solebat: *Societatis operariis altero tantum pede, terra insitendum, altero ad iter suscipiendum elevato standum esse; inlinuans eos minime certo loco, aut collegio affixos harere; sed potius de loco in locum, ubi animalium salus requireret, proficisci debere, & quod de S. Paulo dictabat Chrysolomus; quasi pennatos, totum orbem per voluntate paratissimos esse, oportere.*

Quare Charissimi, hanc in tyrocinio indifferentiam & promptitudinem addiscamus, à parvis inchoando, ut postmodum velut generosi pugiles idem in magnis prætemus. Discamus ad nutum superiorum stare succincti, unumque pedem quasi elevatum teneare; non imitemur degeneres S. Ignatii filios, qui non uno, sed terminis quarternis aut pluribus noniunquam inserviunt pedibus, tot scilicet quot Atlantes numerant, quibus contum in eodem loco detinentur, & vix aut ne vix quidem alio transferuntur; potius non degeneremus à præcelsis cogitationibus figurorum Dei, & Societatis nostræ herorum, qui sive in Chinam, sive in Japaniam, sive in Brasiliam, sive in Ma-

labriam, sive in Orientem sive in Occidentem, Dei & superiorum voluntate allegarentur, alacres provocabant. Neque defest in provincia nostra gloria divina campus, in quo tot missiones, in Septentrione, in Dania, Holstia, Julia, Westphalia, & alibi patent: nostra enim vocationis est ministerium instar diversa loca peragere.

II. Ratio altera, quæ hujusmodi nobis indifferentiam ac promptitudinem periuadeat, est quod firmus de Societate JESU, & Socii & milites JESU, quos à Duce suo avelli minime decet, sed exemplo ipsius diversa loca, animarum lucrardarum gratiâ perneare. JESUS Dux noster, minimò tempore commoratus est Hierosolyma, sed modò in Galilæam, modò in Iudeam, modò in Samariam profectus est, civitates & vicos ac castella perlungando, omnibusque annunciendo Regnum Dei. Ecce Dux tuus præxit, si focius ejus ac miles es, sequere, nec ab ejus agendi modo defleste, cum sine hoc, genuinus ejus socius esse nequeas.

Hancenim indifferentiam & promptitudinem ad quavis loca, collegia, officia, missiones, apostolicosque labores, etiam in remotissimis regionibus, non existimes, accidens quodpiam, aut capillamenti instar, ornamentum esse Societatis JESU, sed cor & animam ejusdem, quod qui ei tolleret, eandem è vivo corpore in frigidum cadaver transformaret, in ipsa substantia munitum: quemadmodum enim qui Anachoretis solitudinem & silentium Monachis psalmodiam & jeju-

II.  
Societas  
JESU.

S 3 MIUMLP

XVI

nium, Fratribus minoribus nuditatem & saccum, Styritis columnam & vigilias eriperet, eos animâ planè ipsâ spoliaret, & in cœtus omnino alios commutaret; ita pariter si à Jesu Societate futileris indifferentiam locorum, promptitudinem mutationem, desideria ardentia sacrarum expeditionum, susceptionem, ubivisterrarum, Apostolicorum laborum; non remanebit Societas Jesu, & Apostolis cum agmen, quod Dominus Jesus ad excindendas hæreses, illustrandois infideles, erudiendisque vera religio- nis, aut pietatis expertes, conscripsit. Ex quibus sole clarius elucescit, quam virtus ista sit nobis necessaria.

Deinde; si sumus è Societate Jesu, id est milites Jesu, mundo exempti, & in ejus familiam exercitumque adieci, qui ejus amore patriam, parentes, amicos mundumque omnem prompti reliquimus; ita ut nobis dici queat, quod Apostolis: *Vos non estis de mundo.*

Igitur omnis terra & nulla terra nobis debet esse patria. Exemplum præbet nobis S. Basilius, cui cum præfessimaretur exilium (ut scribit S. Gregorius Nazianenus in oratione funebri de laudibus Basili) respondit: *Ego vero nec ullum exilium cognosco, quinullo loco circumscriptus sum; neque habeo terram, quam nunc colo, meam habeo, & eam omnem, in quam projectus fuero, pro me aduco.* Ita pariter totus terrarum orbis, & patria nobis sit, & exilium: patria quidem cuius incolas ad salutem & perfectio- nem dirigamus; exilium vero cuius comodo penitus despiciamus. *Do-*

*mesticus Dei, exul est mundi,* ait S. Ambrosius ferm, 7. in Psalm. 118. Cui si etiamcum corde affixus hæreat, jam servus Dei ac domesticus esse haud poterit. cochlea domiportæ non ablimilis. *Venit cochlea,* ait S. Ambros libr. 1. de Abel. *quoniam intrat festa opem- mentum spirare non possunt.* Ita illi qui alio nusli, domos & collegia secum trahunt, neque verò ea tergo vehunt; sed intimo pectori concludant, indifferentia, & prompta obedientia, virtus nobilissima, penitus expertes.

Apag tam indignam peatore reli- giofarcinam, & conquerire omni studio allabora, necessariam adeo JESU Socio, ad quascunque regio- nes & stationes indifferentiam, ducem tuum Jesum sequere, qui tibi in clamat: *Ubi ego sum, illic & minister meus erit,* libensque commorabitur.

Quæ cum ita sint, Charissimi, si spi- ritu Apostolico repleri, eoque agi de- sidereris, si lux mundi esse capiatis: in- diffe- entiam hanc ad quascunque pro- vincias, missiones, domos, functiones, cum gratia divina, procurete: suc- cessores Apostolorum pudeat esse, non lu- cem mundi, sed modi: hoc Societas in quam adieci estis, hoc militia ex- git, hoc militaris obedientia requirit, quam qui sequi recusat, ignavia de- decus haud effugiet. Hoc postulat à vobis Societas Jesu, exemplum Jesu, qui de regione in regionem, de ca- stello in castellum, de civitate in ci- vitatem obambulando, animásque qua- rendo vobis præxit: *hujus nisi ve- stigiiis insistatis, ejus socii & comites non estis, quibus omnis tellus & nulla tellus*

tellus patria sit oportet: sed potius  
cochleis infelicitatis domui sua re-  
nacite adhaerentibus, similes erritis:  
quod longè absit à fidelibus Iesu sociis,  
& S. Ignatii filii genuinis, quibus il-  
lud semper in corde & ore versetur:  
Tutus nullus undus & patria est &  
exilium: non illic vivo ubi dego, quo-  
niam in omnibus mundi partibus vi-  
vere cupio, quas Apostolicis labori-  
bus stadium esse, per superioris, Christi  
stus mihi demandarit. Illa mea regio  
est, in qua luce veritatis populos infa-

deles illustravero; illa mea patria est,  
in qua heresi infectos in gremium Ec-  
clesie reduxero: illa mea terra est, in  
qua Evangelium annuntiare, juventu-  
tem erudire, Sacraenta administrare,  
& Patris æterni gratiam, Divinae  
legis desértoribus recuperare potero.  
Quiquis Christi amore paternam  
domum ex animo deseruit, ac Dei glo-  
riam animarumque salutem fitit, in  
omni tugurio domum & in quo-  
vis mapali palatium  
invenit.

EX H O R T A T I O II.  
IN REGULAM III. SUMMARI,

Docet variis exemplis, ad quælibet loca, indifferentiam.

T H E M A.

*Posuit eos, quasi equum gloria sua in bello.* Zachar. 10.3<sup>o</sup>

V E L.

*Nostra vocationis est, diversa loca peragrare.* Ex Reg. 3.



Ocetas J E S U  
minima, uti exhorta-  
tione proximè  
precedente insinua-  
vimus, exercitum  
volantem seu equi-  
tatum, ad hostibus Ecclesia, quovis  
loco & quavis occasione, occurre-  
dum resistendumque paratissimum re-  
fert: In hoc equitatu sociorum quili-  
ber se veluti jumentum, quod ad om-  
nia indifferens & paratum est, cum  
Davide reputet, aut quasi equum glo-  
riæ divinæ esse se existimet; *Posuit eos*  
*quasi*